



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Vtrum liberum arbitrium sit in brutis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

AD XIII. Dicendum, quod ex præscientia Dei, non potest concludi quod actus nostri sint necessarii necessitate absoluta, quæ dicitur necessitas consequentis: sed necessitate conditionata, quæ dicitur necessitas consequentis, ut patet per Boetium in fine de consola. philosophic.

3. de Conf. prof. ult. a med. Com. 9. & 10. 10. 3.

AD XIV. Dicendum, quod moveri dupliciter dicitur. Vno modo proprie prout Philosophus definit motum in 3. Physic. dicens, quod motus est actus existens in potentia secundum quod huiusmodi. Et sic verum est, quod quanto aliquod mobile propinquius est primo motori, tanto in eo maior uniformitas motus invenitur: quia quanto est propinquius primo motori, tanto est perfectius & magis in actu existens & minus in potentia, & id paucioribus motibus mobile. Alio modo dicitur motus large operatio quælibet, sicut intelligere vel sentire. Et sic accipiendo motum Philosophus dicit in

Cs. 28. te. 2.

3. de anima, quod motus est actus perfectus, quia unumquodque operatur secundum quod est in actu. Et sic quodammodo propositio habet veritatem, quodammodo vero non. Si enim uniformitas motus attendat ex parte effectuum, sic falsitatem habet: quia quanto aliquod operans est virtuosius & perfectius, tanto ad plures effectus eius virtus se extendit. Si vero attendat quantum ad modum agendi, sic propositio veritatem habet: quia quanto est perfectius aliquod operans, tanto magis observat eundem modum in agendo: quia minus variatur a sua natura & dispositione, quam sequitur modus agendi; mentes autem rationales dicuntur esse mobiles, non primo modo motus: quia talis motus est solus corporum: sed secundo. Sic et Plato posuit primum movens movere seipsum, in quantum vult se & intelligit se, ut Commentarius dicit in 8. Physic. Et id non oportet, quod mentes rationales sint determinate ad aliquos effectus: sed respectu multorum efficaciam habent, ratione cuius competit eis libertas.

Ex com. 40.

AD XV. Dicendum, quod non semper oportet illud nobilius esse, quod paucioribus motibus, vel operationibus suam finem consequi potest: quia ante aliquid consequitur perfectiorem finem pluribus operationibus, quam alterum unice operatione consequi potest, sicut idem Philosophus dicit. Et hoc modo mentes rationales perfectiores inveniuntur summo celo, quod unum tantum motum habet, quia perfectiorem finem consequitur, quamvis pluribus operationibus.

2. de celo. com. 62.

AD XVI. Dicendum, quod quantumvis creatura esset melior, si immobiliter Deo adhereret: tamen illa est bona quæ potest Deo adherere, & non adherere: & ita melius est univolum, ubi utraq; creatura invenitur, quam si altera tantum invenitur. Et hæc est responsio Augustini vel potest dici secundum Gregorium Nisenum, & Damascum, quod hoc est impossibile aliquid quam creaturam esse voluntate immutabili adherentem Deo per propriam naturam, eo quod cum sit ex nihilo, flexibilis est. Si tamen aliqua creatura immobiliter adhereret Deo, non propter hoc prius libero arbitrio: quia potest adherendo multa facere, vel non facere.

In lib. 7. qui est de lib. arb. cap. ult. l. 1. c. 27.

AD XVII. dicendum, quod iudicium cui attribuitur libertas, est iudicium electionis: non autem iudicium quo sententiat homo de conclusionibus in scientiis speculativeis. nam ipsa electio est quasi quædam scientia de præconclisariis.

AD XVIII. dicendum, quod sicut aliquid verum est, quod propter impermissionem falsi de necessitate ab intellectu recipit, sicut prima principia demonstrationis: ita est aliquid bonum quod propter malitiam impermissionem de necessitate a voluntate appetitur, sci-

licet ipsa felicitas. Non tamen sequitur, quod ab illo obiecto voluntas cogatur: quia coactio dicitur quid contrarium voluntati, quæ est proprie inclinationis voluntatis, non autem dicitur aliquid contrarium intellectui, qui non dicit inclinationem intelligentis. Nec ex necessitate illius boni inducitur necessitas voluntatis, respectu aliorum volendorum: sicut ex necessitate primorum principiorum inducitur intellectui necessitas ad assentendum conclusionibus, eo quod alia voluta non habent necessitatem ad illud primum volitum, vel secundum veritatem, vel secundum apparentiam, vel absque illis primum volitum haberi non possunt: sicut conclusiones demonstrative habent necessitatem ad principia ex quibus demonstrantur, ita quod conclusionibus non existens veris necesse est principia non esse vera.

AD XIX. dicendum, quod homines ex necessitate non consequuntur aliquam dispositionem immediate in anima intellectiva, per quam de necessitate inclinatur ad aliquem finem eligendum, nec a corpore caelesti, nec ab aliquo alio, nisi quod ex ipsa sui natura in eis necessarius appetitus voluntatis finis, scilicet beatitudinis, quod non impedit arbitriam libertatem, cum diversæ viæ remaneant eligibiles ad consecutionem illius finis. Et hoc ideo quia corpora caelestia non habent immediatam impositionem in animam rationalem. Ex naturæ autem consequitur in corpore nata aliqua dispositio ex virtute corporum caelestium, tum ex caliditate inferioribus quæ sunt semper & materia concepta, per quam anima quodammodo ad aliquid agendum prona efficitur, sicut in quod electio anime rationalis inclinatur ex passionibus, quæ sunt in appetitu sensitivo qui est potentia corporalis consequens corporis dispositiones: sed ex hoc nulla necessitas inducitur eis ad eligendum, cum in potestate anime rationalis sit accipere, vel etiam refutare passionem subortas: postmodum vero homo efficitur appetitibus per aliquem habitum acquisitum, cuius necessitas sumus: vel insulsum, qui sine nostro consensu inclinatur, quibus eius causa non sumus. Et ex hoc habitus efficitur, quod homo efficaciter appetat finem communem illi habitui: & tamen ille habitus necessitatem non inducit, nec libertatem electionis tollit.

AD XX. Dicendum, quod cum electio sit quoddam iudicium de agendis, vel iudicium consequens ad hoc potest esse electio, quod sub iudicio nostro est. Iudicium autem in agendis sumitur ex fine, sicut de conclusionibus ex principiis: unde sicut de primis principiis non iudicamus, ea examinantes, sed naturaliter eis assentimus, & secundum ea omnia alia examinamus: ita & in appetitibus de fine ultimo non iudicamus iudicio discussionis, vel examinationis: sed naturaliter approbamus, propter quod de eo non est electio: sed voluntas, habens ergo respectu eius liberam voluntatem, cum necessitas naturalis inclinationis libertati non repugnet secundum Augustinum 5. de Civitate Dei, prout tamen liberum iudicium proprie loquendo, cum non cadat sub electione.

ARTICVLVS II.

Utrum liberum arbitrium sit in brutis.

SECUNDO queritur, utrum liberum arbitrium sit in brutis. Et videtur quod sic, secundum hoc quod dicitur in libro de animalibus, quod actus nostri sunt voluntatis.

voluntarii; sed voluntario, & pneri & bruta com
municant, secundum phil. in 3. Eth. ergo liberum
arbitrium est in brutis.

¶ 2 Præ. Secundum phil. in 8. Ph. in omni eo quod
mouet seipsum, est moueri & non moueri: sed bruta
mouent seipsa ergo in eis est moueri & non moueri;
sed in hoc dicitur esse liberi arbitrii, quod
in nobis est agere aliquid, ut patet per Greg. Nisse-
num & Dam. ergo in brutis est liberum arbitri.

¶ 3 Præ. Liberum arbitrium duo importat, scilicet iudicium
& libertatem, quorum utrumque est inuenire
in brutis, habent enim aliquod iudicium de
agendis, quod patet ex hoc, quod unum profertur,
& aliud fugiunt, habent etiam libertatem cum
possint mouere & moneri, ergo in eis est liberum
arbitrium.

¶ 4 Præ. Posita causa, ponitur effectus: sed Dam.
ponit causam libertatis arbitrii, hoc quod anima
nostra a uersione incipit, quia ex nihilo est, & ideo
uertibilis est, & se habet ad multa in potentia: sed a
bruta uersione incipit, ergo in ea est liberum arbitri.

¶ 5 Præ. Illud dicitur esse liberum, quod non est obli-
gatum alicui; sed anima bruti non est obligata ad al-
terum oppositorum: quia potentia ipsius non est de-
terminata ad unum; sicut potentia rerum natura-
lium, que semper idem faciunt, ergo anima bruti
habet liberum arbitrium.

¶ 6 Præ. Pena non debetur nisi ei, qui habet libe-
rum arbitrium: sed in ueteri lege frequenter inueni-
tur pena inflicta brutis, sicut Exod. 19. patet de
betia tangente monte, & 21. de bone cornu-
petæ; & Deu. 20. de iumento cui mulier succubuit,
ergo bruta uidentur esse liberi arbitrii.

¶ 7 Præ. Hoc est signum quod homo sit liberi ar-
bitrii, ut sancti dicunt: quia præceptis ad bonum
instigatur, & a malo retrahitur, uidemus autem bruta
alicui beneficijs & moueri præceptis, aut terreri
minis ad aliquid agendum, vel dimittendum, ergo
bruta sunt liberi arbitrii.

¶ 8 Præ. Diuinum præceptum non datur nisi ha-
benti liberum arbitrium; sed diuinum præceptum
datur bruto, unde Iong. 3. secundum aliam litteram
dicitur, quod præceptum Domini non est percussit
in heram, ergo bruta habent liberum arbitrium.

SED CONTRA, Ex hoc uidetur homo esse ad ima-
ginem Dei, quod est liberi arbitrii, ut dicit Damasc.
& etiam Bernar. sed bruta non sunt ad imaginem
Dei, ergo non sunt liberi arbitrii.

¶ 2 Præ. Omne quod est liberi arbitrii, agit, & non
solum agit, sed bruta non agunt, sed aguntur,
ut Damasc. dicit in secundo libro, ergo bruta non
sunt liberi arbitrii.

RESPON. Dicendum, quod bruta nullo modo
sunt liberi arbitrii. Ad cuius euidenciam sciendum
est, quod cum ad operationem nostram tria concurrant,
scilicet cognitio, appetitus, & ipsa operatio, tota
ratio libertatis ex modo cognitionis dependet.
Appetitus enim cognitionem sequitur, cum appetitus
non sit nisi boni, quod sibi per uim cognitionis
proponitur. Et quod quoadque appetitus ui-
deatur cognitionem non sequi, hoc ideo est, quia
non circa idem accipitur appetitus, & cognitionis
iudicium, est enim appetitus de particulari operabili,
iudicium uero rationis quandoque est de aliquo
uniuersali, quod est quandoque contrarium appetitui:
sed iudicium de hoc particulari operabili, ut
nunc, nunquam potest esse contrarium appetitui. Qui
n. uult fornicari, quamuis sciat in uniuersali fornicationem
malum esse, tamen iudicat sibi ut tunc bonum

A esse fornicationis actum, & sub specie boni ipsum eligit.
Nullus enim intendens ad malum operatur, ut Dionysius
dicit. Appetitum autem si non sit aliquid prohibens
sequitur motus, vel operatio. Et ideo si in dicitur
cognitionis non sit in potestate alicuius, sed sit aliunde
determinatum, nec appetitus est in potestate eius,
& per consequens, nec motus, vel operatio absolute.
Iudicium autem est in potestate iudicantis secundum quod potest
de suo iudicio iudicare: de eo enim quod est in nostra
potestate possumus iudicare. Iudicare autem de iudicio
suo est solius rationis, quæ super actum suum
reflectitur, & cognoscit habitudines rerum, de quibus
iudicat, & per quas iudicat. Unde totius libertatis ratio
dixit, est in ratione constituta. Unde secundum quod aliquid
se habet ad rationem sic se habet ad liberum arbitrium.
Ratio autem plene, & perfecte inuenitur solum in
homine. Unde in eo solum liberum arbitrium plenarie
inuenitur. Bruta autem habent aliquam similitudinem
rationis, in quantum participant quandam prudentiam
naturalem, secundum quod natura inferior attingit aequaliter
ad id, quod est natura superioris. Quæ quidem similitudo
est secundum quod habet iudicium ordinatum de aliis
quibus: sed hoc iudicium est eis ex natura: estimatio
tione, non ex aliqua collatione, cum rationem sui iudicij
ignorent: propter quod hominibus iudicium non se extendit
ad omnia sicut iudicium rationis, sed ad quædam de-
terminata. Et similiter est in eis quedam similitudo
liberum arbitrii, in quantum possunt agere, vel non agere unum,
& idem secundum suum iudicium, ut si sit in eis quasi quæ-
dam conditionata libertas, possunt agere si iudicant
esse agendum, vel non agere si non iudicant: sed quæ
iudicium eorum est determinatum ad unum, per
consequens, & appetitus & actio ad unum determi-
natur. Unde secundum Augustinum super Genesim ad litteram,
mouentur uisus, & secundum Damascenum aguntur pas-
sionibus: quia naturaliter de tali uisus, & de tali pas-
sione sic iudicant. Unde necesse habent ab ipsa uisus
uisione alicuius rei, vel a passione insurgente moueri
ad fugiendum, vel prosequendum, sicut uisus uisus
lupo necesse habet timere & fugere, & canis in-
surgente passione iræ, necesse habet latrare & pro-
sequi ad nocendum: sed homo non necessario mouetur
ab his, quæ sibi occurrunt, vel a passionibus in-
surgentibus: quia potest ea accipere, vel fugere,
& ideo homo est liberi arbitrii, non autem bruta.

B Ratio autem plene, & perfecte inuenitur solum in
homine. Unde in eo solum liberum arbitrium plenarie
inuenitur. Bruta autem habent aliquam similitudinem
rationis, in quantum participant quandam prudentiam
naturalem, secundum quod natura inferior attingit aequaliter
ad id, quod est natura superioris. Quæ quidem similitudo
est secundum quod habet iudicium ordinatum de aliis
quibus: sed hoc iudicium est eis ex natura: estimatio
tione, non ex aliqua collatione, cum rationem sui iudicij
ignorent: propter quod hominibus iudicium non se extendit
ad omnia sicut iudicium rationis, sed ad quædam de-
terminata. Et similiter est in eis quedam similitudo
liberum arbitrii, in quantum possunt agere, vel non agere unum,
& idem secundum suum iudicium, ut si sit in eis quasi quæ-
dam conditionata libertas, possunt agere si iudicant
esse agendum, vel non agere si non iudicant: sed quæ
iudicium eorum est determinatum ad unum, per
consequens, & appetitus & actio ad unum determi-
natur. Unde secundum Augustinum super Genesim ad litteram,
mouentur uisus, & secundum Damascenum aguntur pas-
sionibus: quia naturaliter de tali uisus, & de tali pas-
sione sic iudicant. Unde necesse habent ab ipsa uisus
uisione alicuius rei, vel a passione insurgente moueri
ad fugiendum, vel prosequendum, sicut uisus uisus
lupo necesse habet timere & fugere, & canis in-
surgente passione iræ, necesse habet latrare & pro-
sequi ad nocendum: sed homo non necessario mouetur
ab his, quæ sibi occurrunt, vel a passionibus in-
surgentibus: quia potest ea accipere, vel fugere,
& ideo homo est liberi arbitrii, non autem bruta.

C AD PRIMUM ergo dicendum, quod voluntarium po-
nitura Philosophi in brutis, non secundum quod conuenit cum
uoluntate: sed secundum quod opponit uoluntati, ut sic dicatur
voluntarium esse in brutis vel pueris, quia sua sponte
aliquid faciunt, non propter uisum liberæ electionis.

D AD II. Dicendum, quod potentia motiua brutorum
secundum se considerata, non magis inclinatur ad unum
oppositorum quam ad alterum, & sic dicitur quod
possunt moueri, & non moueri: sed iudicium quo
applicatur potentia motiua ad alterum opposito-
rum est determinatum, & sic non sunt liberi arbitrii.

E AD III. Dicendum, quod quamuis in brutis sit
quædam indifferentia actionum, tamen non potest pro-
prie dici, quod sit in eis libertas actionum, siue agendi,
uel non agendi: tum, quia actiones cum per corpus
exercentur coguntur uel prohiberi, non solum
in brutis, sed in hominibus, unde nec ipse homo di-
citur liber actionis suæ: tum etiam, quia quamuis sit
indifferentia ad agere, & non agere in bruto, consi-
derata ipsa actione secundum seipsum, tamen conside-
rato ordine eius ad iudicium, a quo prouenit, quod
est determinatum ad unum, etiam ad ipsas actiones
obligatio quædam deriuatur, ut non possit in eis
inueniri ratio libertatis absolute. Tamē dato quod

Quæst. dis. S. Tho. KKK 4 in

ca. 4. p. 4. de
lib. arb.
non longe
a prin.

Lib. 3. Or. th.
ad. c. 27.

D. 1198.

Cap. 7. non
procul a fi-
ne com. 5.
ca. 19. et 20.

lib. 7. qui
est de lib. arb.
in com. &
max. lib. 7.
cap. 14.

Or. th.
ca. 11.
in ser.
de lib. arb.
ca. 11.

ca. 11.
in ser.
de lib. arb.
ca. 11.

in eis esset libertas aliqua, & iudiciū aliq̄; non tñ sequeret qđ esset in eis libertas iudicij, cū iudicium eorum sit naturaliter determinatum ad unum.

Ad IIII. Dicendū, quod incipere a uisione uel esse ex nihilo, non assignat Damasc. causam libertatis arbitrij: sed causam flexibilitatis liberi arbitrii in malum; causam autem liberi arbitrij assignat tam Damasc. quam Greg. quam August. rationem.

Ad V. Dicendum, quod quamuis potentia motiua in brutis non sit determinata ad unum: tamē iudicium eorum de agendis est determinatum ad unum, ut dictum est.

Ad VI. Dicendum, quod cum bruta sint facta in obsequiū hominis, s̄m hoc de brutis disponitur, quod hominibus expedit propter quos facta sunt. puniunt ergo bruta lege diuina non propter hoc, quod ipsa peccēt, sed propter hoc quod ex eorum pœna homines puniantur in eorum possessione, uel terreatur ex ipsa pœne acerbitate, uel etiam instruuantur ex mysterij significatione.

Ad VII. Dicendum, quod tam homines quam bruta beneficijs inducuntur, & flagellis prohibentur, uel præceptis & prohibitionibus: sed diuersimode; quia i potestate hominum est, ut eisdem rebus similiter representatis, siue sint præcepta & prohibitiones, siue sint beneficia & flagella eligant, uel fugiant iudicio rationis. Sed in brutis est iudicium naturale determinatum ad hoc quod uno modo, proponitur uel occurrit, eodem modo accipiatur, uel fugiatur. Contingit autem ex memoria præteritorum beneficiorum, uel flagellorum, ut bruta aliqd apprehendant quasi amicum & prosequendum uel separandum: & aliquid quasi inimicum & fugiendum uel timendum: & ideo post flagella ex passione timoris, quæ inde eis insurgit, inducuntur ad obediendum nutui instructoris. Nec est necessarium huiusmodi brutis fieri propter libertatem arbitrii: sed propter indifferentiam actionum.

Ad VIII. Dicendum, quod secundum August. super Genesim ad literam, Præceptum diuinum brutis factum, non ita factum esse credendum est, ut vox aliqua iussionis de nube facta sit eis aliquibus uerbis, quæ rationales animæ audientes intelligere, atque obedire solent. Non enim hoc acceperunt ut possint bestia, uel aues. In suo tamen genere obtemperant Deo, nō rationalis uoluntatis arbitrio: sed sicut mouet ille omnia temporibus opportunis, non ipse temporaliter motus, mouentur bruta temporaliter, ut iussa eius efficiant.

ARTICVLVS III.

Vtrum liberum arbitrium sit in Deo.

1. p. q. 19. art. 14.

TERTIO quaeritur, utrum liberum arbitrium sit in Deo. Et uidetur quod non. liberum enim arbitrium est facultas uoluntatis & rationis; sed ratio non competit Deo, cum nominet cognitionē discursiuam; Deus autē simplici intuitu omnia cognoscit. ergo Deo liberum arbitrium non cōpetit. ¶ 2. Præ. Liberum arbitrium est facultas, qua bonū & malum eligitur, ut per August. patet; sed in Deo non est facultas eligendi malum. ergo in Deo non est liberum arbitrium.

Et ex Aug. refert Hugo de S. Victore in tracta. super summa. c. 8. r. mo 3.

¶ 4. Præ. Liberum arbitrium est potentia ad opposita cum sit immutabilis, nec in malū facti possit. ergo liberum arbitrium non est in Deo.

¶ 5. Præ. Actus liberi arbitrii est eligere, ut patet per definitionem inductam; electio autem Deo non competit, cum sequatur consiliū, quod est dubitans & inquirens. ergo in Deo nō ē liberū arbitriū.

F SED CONTRA est, quod dicit Anselm. si posse potest reeēt pars liberi arbitrii, & De⁹ & angeli liberi arbitrii nō haberēt, q̄ est absurdū. ergo in cōueniens est dicere, q̄ Deus liberum arbitrium non habet. ¶ 2. Præ. 1. Corin. 12. Hæc omnia operatur unus, & que idem spiritus diuidens singulis prout uult, & pro libero uoluntatis arbitrio. ergo Spiritus sanctus habet liberum arbitrium, & eadem ratione pater & filius.

RESPON. Dicendum, quod in Deo est inuenire liberum arbitrium: alio tamen modo in eo, & in angelis, & in hominibus. Quod enim in Deo sit liberum arbitrium, hinc apparet, quod ipse habet uoluntatis suæ finem, quem naturaliter uult scilicet suam bonitatem: alia uero omnia uult, quali ordinata ad hunc finem, quæ quidem absolute loquendo non necessaria uult, ut in præcedenti quaestione ostensum est: eo quod bonitas eius his, quæ ad ipsam ordinantur, non indiget nisi ad eius manifestationem, quæ conuenienter pluribus modis fieri pot. unde remanet ei liberum iudicium ad uolendū hoc uel illud, sicut in nobis est. Et pp hoc oportet dicere in Deo liberū arbitriū inueniri, & similiter in angelis. Non enim ipsi ex necessitate uoluntatis quicquid uolunt: sed hoc quod uolunt ex libero iudicio uolunt, sicut & nos. Aliter tamen inuenitur liberū arbitriū in nobis, & in angelis, & in Deo variis em̄ priorib. neceesse est posteriora uoluntati. Facultas autem liberi arbitrii duo presupponit naturā & uim cognitiuam. Natura quidem animæ modi est in Deo, quam sit in hominibus: in angelis: natura enim diuina increata est, & est finem esse & sua bonitas. unde in eo nō pot. esse defectus aliquis, nec quantum ad esse, nec quantum ad bonitatem. Natura autem humana & angelica creata est ex nihilo principium sumens. unde quantum est de se possibilis est ad defectum. Et propter hoc liberum arbitrium Dei nullo modo flexibile est ad malum: liberum uero arbitrium hominis & angelii in suis naturalibus consideratum in malum flexibile est. Cognitio etiam alterius modi inuenitur in homine, quā in Deo & in angelis; homo enim habet cognitionem obumbratam, & cum discursu ueritatis notitiam sumētem. unde accidit ei difficultas & difficultas in discernendo, & in decidendo quia cogitationes hominum timide & incerte prouidentur nostre, ut dicitur Sapient. 9. Sed in Deo & in angelis suo mō est simplex notitia ueritatis absque discursu & inquisitione. unde nō cadit in eis dubitatio, aut difficultas in discernendo uel iudicando. Et iō Deus & angeli habent promptam electionē liberi arbitrii, homo uero in eligendo difficultatē patitur pp incertitudinem & dubitationē.

H Et sic patet quod liberū arbitriū angeli in eodem locum tenet inter liberū arbitriū Dei & hominis participans aequaliter cū utroque extremorum.

K AD PRIMVM ergo dicendum, quod ratio quodammodo sumitur large pro omni immateriali cognitione, & sic ratio inuenitur in Deo. unde Dionysius ter diuina nomina rationem ponit 6. capite de Diu. uin. nomini. Alio modo accipitur proprie pro uim cognitiua cū discursu, & sic ratio nec in Deo nec in angelis inuenitur: sed in hominibus tantum potest ergo dici quod ratio in definitione liberi arbitrii ponitur secundum primam acceptionem. Si uero sumatur in secunda acceptione, tunc definitur liberum arbitrium secundum illum modum, quo est in hominibus.

AD II. Dicendū, q̄ posse eligere malum, nō est de ratione lib. arb. sed consequitur lib. arb. secundum